

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 147

Deinde, post tempus, voluit Catuueten istam elocutionem diffacere, et venerunt simul in lege Roiantken et Catuueten ante Iarnhitin et filios suos Portitoe et Uuoruili, in loco nuncupante Lisuedu, et ista sunt nomina scavinorum qui iudicaverunt quod firma et stabilis permaneat ista venditio et ista terra supradicta ad Roiantken, sicut supradictum est: Uuoletec, Uinetuant, Rethmonoc, Houuori, Britoei, Canthoe, Iarnbud, Uuoret, Cahan, Matuidet, Diloid, Iarndetuuid.